NN NOMINE DOMINI PII & misericordis liber hic absque falsitate & erroris annexu ueridicus, eis quibus inest amor diuinis, deitatisque timor & cultus, & nec non orationum atque elemosinarum studium, legum item tum tibi tum ceteris predecessoribus celitus adeo datarum obseruatio: spesque seculi futuri sectam ueracem patefacit. hec namque sui sequaces in summo ducens, summo bono ditat atque ueneratur, uelut incredulis & erroneis summam maximam uere uenturum minatur. Quorum licet iurgam tue conuersionis adhibeas, nulla tamen ad fidem fiet conuersio, cum eorum aures & oculos, corda sint deus obdurauerit. Deus itaque deique legem ore non opere confitentes, sicque nihil aliud quam sue detrimentum anime, licet inscii sibi lucrantes, animus uacillans penis afficit: eisdemque cruciatum perit redargutio. Cum illi peccatorum sed ui sordidi, se lotos & liberos ostentare presumunt. ¶ Cum illis quidem bone legis persuadetur acceptio, non oppugnantes coram animum, seque modo aliam quam rectam complecti uelle pollicentur, bonis tamen in successu quomodo fauentes semotim illos sibi fuisse e ludibrio suis innuunt diabolis, cum illi post damnosa secta ueracem ob iniquam & mendacem mutantes surdi muti cecique & inconuertibiles deo ridiculum existant. Illis etenim assimilantur quibus ignis accensus extinguitur, tenebreque succedunt: seu nube corrusca, tonitruos & fulgura gestante preoccupatis aures suas timore mortis obstruentibus, lampadeque fulguris fere uisu priuatis: quibus serenitas motum, tenebre quietem inducunt. dei quidem omnipotentie uisum. Illis & auditum subtrahere possibile est. Omnes igitur homines deum, uestri priorumque factorem, qui terram, imo celum summo disposuit, & imbres ac arbores: earumque fructus producit: inuocantes timete: eique nullum existere parem firmare. Sin autem ignem gehenne malos punituru(m), hucque

Quod in seipsum uerum est non in puris quale est uidetur.

Secta Machumeti ponit summum bonum .i. deum.

Omnes bone leges fuerunt a deo date.

Quos deus obdurauit nemo erudiet.

Qui ore non opere uirtute laudat sibi ipsi detrimentum parit, sed ipse solum decipit.

Serui peccatorum sunt qui peccant. sordidi non serui qui cum peccent se liberos ostentare presumunt.

Similitudo
Lux.
Tenebre.
Uerum.
Falsum.
Tonitruus.
Nubes.
Fulgur

Paradisus & Inferi.

Precepta dei ad homines.